Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

R. Angelus domini. IN EVG. Quod autem cecidit in terram bonam. Hi sunt qui in corde bono et optimo uerbum dei retinent et fructum afferunt in patientia. INVIT. Adoremus deum qui ipse fecit nos.

Noe uero cum quingentorum esset annorum. genuit sem. cham et iafeth. Cumque cepissent homines multiplicari super terram et filias procreassent. uidentes filii dei filias hominum quod essent pulchre. acceperunt uxores sibi ex omnibus quas elegerant. Dixitque deus. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum. quia caro est. Eruntque dies illius centum uiginti annorum.

R. Quadraginta dies et noctes aperti sunt celi et ex omni carne habentes spiritum uite ingressi sunt in arcam et clausit a foris hostium dominus. V. Noe uero et uxor eius filii eius et uxores filiorum eius. Ingressi.

Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii dei ad filias hominum illeque genuerunt. isti sunt potentes a seculo uiri famosi. Uidens autem deus quod multa malicia hominum esset in terra. et cuncta cogitatio cordis prona esset ad malum omni tempore. penituit eum quod hominem fecisset in terra. et tactus dolore cordis intrinsecus et precauens in futuro. delebo inquit hominem quem creaui a facie terre. ab homine usque ad animantia. a reptili usque ad uolucres celi. Penitet enim me fecisse eos. R. Ponam arcum meum in nubibus celi dixit dominus ad noe et recordabor federis mei quod pepigi tecum. V. Cumque obduxero nubibus celum apparebit arcus meus in nubibus. Et recor.

Noe uero inuenit gratiam coram domino. Hee generationes noe. Noe uir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. cum deo ambulauit. et genuit tres filios. sem. cham. et iafeth. Corrupta est autem omnis terra coram domino. et repleta est terra iniquitate. Cumque uidisset deus terram esse corruptam. omnis quippe caro corruperat uiam suam super terram. dixitque deus ad noe. Finis uniuerse carnis uenit coram me. repleta est terra iniquitate a facie eorum. et ego disperdam eos cum terra. R. Per memetipsum iuraui dicit dominus non adiciam ultra aquas diluuii super terram pacti mei recordabor ut non perdam aquis diluuii omnem carnem. V. Ponam arcum meum in nubibus celi et iurabo per dexteram meam. Ut non perdam.

Dixit quoque dominus ad noe. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. mansiunculas in arca facies.

Noe autem [illegible] ultra maledicam terre propter homines. ad ymaginem quippe dei factus est homo. b. Hoc erit signum federis inter me et terram. arcum meum ponam in nubibus celi. ad [illegible] in nocte.